



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Amarantho martyre. Cap[itulum]. xxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

Quo viso miraculo centum et sexaginta gentium conuersi ad dominum: ab eodem beato viro baptizati sunt. Sicq; sanctus episcopus prosdocimus ciuitatem ingressus: cepit verbum domini predicare: et multos paganorum ad fidem christi perducebat. Cum autem de virtutibus eius fama ad regem vitalianum peruenisset: qui graui infirmitate pressis dudum lecelo decus bucerat: prosdocimum ad se accepit: et an ipsum sanare posset: interrogauit. Qui eidem respondit: quod si in christum crederet: et idolis renunciare paratus esset: continuo sanitatem recipere. Tunc rex se velle in christum credere respondidit: baptizauit eum prosdocimum cum uxore eius prepedigna et vniuersa eius familia: et sic rex statim ab omni languore curatus est. Qui continuo per vniuersum urbis et vicinarum villarum populum edictum misit: ut omnes in christum crederent: et ad beatum prosdocimum baptizandi concurrerent. Talis modo vniuersus populus ciuitatis et oppidorum circumiacentium conuersus est ad dominum. Rex vero ecclesiam in honore sancte sophie: hoc est alme sapientie habicauit: in qua episcopus presbyteros ac diacones et clericos plurimos ordinavit. Post hec cum rex vitalianus prole careret: oratione viri sancti regina concepit: et filia peperit: quam beatus prosdocimus baptizauit: et sustinam rogauit: eamque sacris litteris eruditus: et in virginitaris proposito permanere docuit. Deinde sanctus episcopus ad ciuitatem estensem adiicit ibi christum euangelizans: multos couertit. Inde ad ciuitatem ricentiam ad predicandum perrexit: et epinde ad castellum nomine asylum properauit: ubi similliter populi doces in fide: ecclesiam in honorem dei genitricis edificauit: atque dedicauit. Inde egressus ciuitatem felix tenuit: ubi populi maximam multitudinem baptismio sacro renouauit. Et post hec per altissimam ciuitatem et per alias oppida et castella peragrans: fidelibus monitis populum imbuit: et relictis idolis verum deum colere fecit. In quibus omnibus basilicas construxit: et presbyteros ac inferorum ordinum clericos consecravit. Ac denum ad tarussum ciuitates deuenit: et suscepit in domum cuiusdam milites nomine euphrosyni: filiam eius cecaz signo crucis edito illuminavit: eamque cum parentibus et alijs plurimi in filere suuio baptizauit. Cum autem comes ciuitatis: qui uxorem habebat theodoram per annos plurimos graui infirmitate detentam: nunciate ei milite euphrosyno de miraculis sancti pontificis audiuisser: eum ad se vocauit: et ut eius sanaret contingat: humiliter exorauit. Eius manum apprehendens vir domini ea continuo de lectulo in christi nomine sanam erexit: et ipsam una cum comite et filiis ac omni familiarium numero. cxxii. credentes in christum baptizauit. In ipsa quoque ciuitate

Decimus

te multum populum ad fidem christi reduxit: et multorum nobilium filios sacris litteris erudit. Ecclesia quoque in honorem beati petri apostoli pro christo passi ipse fundauit: in qua et presbyteros et diacones et alios clericos ordinavit. Deinde ad sedem suam patavium rediit. Et post modicum tempore rex vitalianus christianissimus et uxoris eius regina prepedigna ad dominum migraverunt. Quos sanctus prosdocimus sepelivit: filia quoque illoque eius discipula sustinata virginem sacram sibi a parentibus comedendam optimam cura gubernauit. Nam quoque per martyrum assumptam cum suis clericis honorifice sepulture tradidit. De qua supra in eius passione actum est non octobris. Ad suacionem autem beati episcopi patricius quidam nove opilius christianus ecclesiast in honore sancte sustine virginis supra corpus illius erexit: et iuxta eam oratorium beate virginis compusit: quae ecclesia simul cum oratorio prosdocimi episcopi consecravit. Qui postea a multis obsessis demonia elecit: et plurimos infirmos a diversis languoribus eripuit: cum in sede patavinae nebris sedisset annis. cxiij. mense uno: dieb. xv. etatis sue anno. cxvij. ad dominum migravit. viij. id. novemboris. Et in oratorio prefato dei genitricis clares miraculis sepultus quietescit.

De sancto Achilla epo.

Cap. xxxiiii.



Achillas ep̄s alexandri nno: aleman dro in epatu successit. Qui abo beati p̄ tri esus de ciuitatis ep̄i et martyris discipuli: et ab eodē fuerūt presbyteri ordinati. Et cōfide beatus petrus p̄ fidei catholice defensione in carcere detenus esset: diuinā reuelatione eosde presbyteros sibi in epatu successores prenouit: et cōfide quod presciuerat reuelauit: ut dices infra in eius passione. vi. kalē. decēbris. Et sicut ipse predictar sit euentus. Nas primus achillas: secundus alexander eidē in pontificatu successit. Et primus quidam annis. ix. secundus vero annis. vii. sedē ipsam tenuit. Quod vero eruditio fide et conuersatione ac moribus insignis extitit. Et de secundo quidem sancto in eius festo actum est. iii. kalē. martis. Primus vero videlicet achillas in pace quietus viii. idus novemboris. Quorum corpora in cōfide tumulo alexandrie requiescent.

De sancto Amantio martyre. Cap. xxxv.



Amantius martyr: apud albigeni ciuitatem passus est tempore decimi imperatoris. Qui exacto agonis fidelis cursu capitis obtruncatione ce

De sanctis in mense nouembri occurrentibus Fo. ccxxiiij.

sus coronatus est triumphali corona: et sic ibidez
sepultus vivit in gloria. Passus. viij. idus nouem-
bris. Hec ado.

De sanctis Claudio Nicostrato et
sociis martyribus. Cap. xxvi.



Claudius: Nicostratus: symphorianus: castorius: atque simplicius martyres passi sunt apud pannoniā sub diocletiano imperatore: agēte lampadio tribuno. Nam cum idem imperator pannoniā perrexisse: ut diversa metallā ad edificia i sui presenta de mortibus absidi ficeret: omnesq; artifices artis quadratarie cōgregasset. Inuenit inter eos peritisq; quicq; operarios predictos. Quorum quattuor p̄imi scilicet claudius: nicostratus: castorius: et symphorianus occulti xpianī erant. Simplicius vero adhuc idola adorabat. prefati autē quatuor quicq; artis operabantur: in nomine dñi Iesu christi sculpebāt: omniaq; sibi in arte succedebāt. Cum autē die quadam oēs artifices numero. cccccxvij. cum quinq; philosophis advenas lapidis excidendas in vnu conuenissent: et mira inter illos contentio esset: nec venas excidēdas reperiē possent. Symphorianus qui predictorū quatuor aliorum magister erat: inuocato christi nomine secretus rextrū lapidis repperit: et in augusti preceptum sculpturam perfecit. Columnas quoq; plurimas et capella ex porphyretico lapide imperatori exciderunt: et concas cum sigillis ex diversis marmoribus elegātius fabricarunt. Sed cum ferramenta simpliciū adhuc gētilis sepius frāgerētur. Interrogauit symphorianum quare ceterorum quatuor lapicidarū ferramētis permanētibus solidis ipsius solū modo excisoria ex lapidum fortitudine durare non possent. Symphorianus vero dixit ei: q̄iliter omne opus suū in nomine christi incoabant: et ad votum eis omnia succedebant. Predicante strag symphoriano cū sociis: simplicius in chārum credit̄: et baptisimi gratiam postulauit. Qui duxerunt illū ad quēdam cyzillum episcopum: qui pro christi nomine in carcere dudum detenus erat. Episcopus vero simpliciū in fide docuit: et sacrī baptismatis vnde pfudit. Resuerti igitur ad opera cōcas ex porphyretico casuābāt: et columnas mirabilēs faciebāt. Post dies aliquot iussit diocletianus ut simulacrum asclepij exciderent: et multorum animalium imágines sculpendo formarent. Ipsi vero omnia certa perfecerunt: asclepij aurem idolum mis̄imē sculperunt. Imperator vero ab eis quicquid cur omnisbus alijs operibus ad eius voluntatem excisso: sola imaginē magni dei nō pers-

fecissent. Tunc quidam ex philosophis et alijs lapidum cesoribus eorum peritie inuidētes accusauerūt illos imperatori: q̄ christiani essent: et q̄ signo crucis premisso acc̄ christi nomine inuocato omnia perficeret: et idcirco simulacrum asclepij excidere noluissent. Diocletianus aut̄ qui propter eorum magisteriū ipsos acceptos et charos habebat: dissimulauit verba delatoꝝ: ut illos sibi saluare posset: et ad idolum asclepij sculpendum inducere. Et cum eis rursus mandaret: ut predictum simulacrum exciderent. Illegit imaginem miserrimi hominis non q̄ se facturos respondissent. Interrogauit auctoritas philosophos: si alii tam periti homines eiusdem artis inueniri possent. Tunc philosophi altos artifices quadratarios elegerunt: qui simulacruū asclepij ex proconesso lapide infra mensem fabricauerunt: et perfectum diocletianō obtulerunt. Quod videns imperator sanctos martyres quinq; predictos accersivit: et an christiani essent interrogauit. At ille publice confessi sunt: q̄ serui tesi christi domini erāt: in cuius nominis invocatione omnia sibi in arte sua in eorum voluntatem succedebāt. Tunc imperator tradidit eos lāpadio tribuno: ut moderaris verbis eos induceret: quatenus deo soli sacrificarent. Et cum a philosophis et operariis multa instantia accusarentur: reclusi fit eos lampadiis in custodia publica. Die vero sequenti iussit eos ante se adduci: et accusatores eorum aduocari. Auditissimis partibus nunciavit diocletianus q̄ christiani essent: et deos adorare recusarent. Qui mandauit lampadios: ut si deo soli sacrificare nollett: scorpiōibus bus eos cedi faceret. Post dies vero quinq; lampadios pro tribunali sedidit: et eos sibi exhibeti precepit: omniaq; tormentorum genera illis ostendit. Sed cum eos nulla ratione posset ad immolandū inducere: iussit illos grauier scorpiōibus flagellari. Statimq; tribunus arreptus a demonio expirauit. Quod audiens vox eius et familia cū mugitu ad philosophos recurrerunt: ita ut diuulgaretur diocletianō: qui iratus vehemēter: iussit loculos plumbeos fieri: et eos viuos intus recludi: et in flumē iactari. Nicetus vero quidam ex assessoribus lampadii: imperatoris mādatum exequēs: loculos fecit: et sanctos martyres claudium: nicosium: castorium: symphorianum: et simplicium intus reclusos in flumē precipitauit. Quod audiens cyzillus episcopus qui erat in carcere ex nimia afflictione expirauit. Post dies vero quadraginta duos quidam nō codemus christianus loculos cum corporib; occulte leuauit: et sanctorum reliquias honorabiliter sepeliuit: qui passi sunt sexto idus nouembri.

De sanctis quatuor coronatis martyribus. Cap. xxvij.

L ii